

PROLEGOMENA

46

„ actus necessaria sit, nunquam contingit, ut
 „ oremus, sicut oportet, nisi cum ea operatur,
 „ ut oremus, nobis que interpellandi, & ge-
 „ mendi inspiret affectum: ut nec DEI man-
 „ data servemus, nisi cum illa facit, ut in
 „ præceptis ejus ambulemus; nec denique
 „ inimici tentationes superemus, nisi cum
 „ nobis victoria largitur.

„ Et tamen cum nonnunquam justi tenta-
 „ tionibus succumbant, & in varia peccata
 „ prolabantur, etiam cum illa vitare imper-
 „ fecte, ac remissè volunt, atque conantur,
 „ manifestum est justis istis in illo imperfe-
 „ ctæ, ac remissæ voluntatis statu, vitio suo
 „ mandatum violantibus efficacem illam, &
 „ viætricem, quâ præsente nunquam vinci-
 „ mur, gratiam non adesse.

„ De his ergo justis, quibus illa magna non
 „ adest gratia, licet parva, & imperfecta non
 „ desit, verè utrumque dici potest, & po-
 „ tuisse illos DEI mandata servare, tenta-
 „ tionique resistere, eosdemque alio sensu
 „ non potuisse. Potuerunt enim prorsus;
 „ quia non solum liberi arbitrii virtutem, &
 „ gratiam habitualem habuerunt; sed etiam
 „ gratiam actualem, quæ sufficiens dici po-
 „ test Thomistarum sensu, qui gratia per se
 „ efficacis necessitatem supponit.

„ At quia, absente gratiâ efficaci, nun-
 „ quam contingit, ut voluntas, sicut opor-
 „ tet, tentationi resistat, constansque est
 „ apud Thomistas dogma, gratiam sufficien-
 „ tem ab efficaci separatam non complecti
 „ omnia ad piè agendum necessaria, ideo
 „ usitatissimâ Scripturis, Patribusque locu-
 „ tione, & Thomistis omnibus probatâ, hoc
 „ sensu dici potest, justos illos ejusmodi suf-
 „ ficienti gratiâ instructos, tentationi, cui
 „ succubuerunt, resistere non potuisse; qui
 „ nimur ejusmodi potestatem non habue-
 „ runt, quæ complectetur omnia ad agen-
 „ dum necessaria, cum gratiam efficacem
 „ ad agendum utique necessariam non ha-
 „ buerint.

„ Quare cum dicimus nos sîne gratia per
 „ se efficaci non posse agere, id hoc uno sen-
 „ su intelligimus, eum cui deest gratia illa
 „ per se efficax, non habere omnia, quæ
 „ requiruntur ad actu agendum.

Jansenius Articulo primo consentiens.

Libro 8. de gratia Christi cap. 4. de
 gratia indeclinabiliter, & infallibiliter
 voluntatem flectente, & determinante dicit:
Constatere potest cum humani arbitrii libertate,
que passim in scholis tradi solet, atque in eo si-
ta dicitur, quid possit omnibus ad agendum re-
quisitus, possit agere, & non agere, vel agere

unum, & contradictorium ejus; eundem babet
 operandi modum, qui prædeterminationi physi-
 ca tribui solet. ibid. Eodem modo libertas jam
 dicta voluntatis sub illo Christi auxilio incolu-
 mis manet, quo sub physica Thomistarum præde-
 terminatione salvatur.

Lib. 6. de gratia Christi cap. 30. de om-
 nibus deliberaatis viatorum actionibus ait:
Cæteras humanae vitaæ actiones, quanvis juxta
tradita jam Augustini principia, sîne indifferen-
tia nihil vetaret esse liberas, re ipsa tamen non
solum sîne violentiâ; sed & cum quadam indif-
ferentia contradictionis, imò contrarietatis fieri
credimus: per indifferentiam illam intel-
ligendo mutabilitatem quandam, & flexibili-
tatem arbitrii, à majore delectatione indeli-
beratâ, sive cœlesti, sive terrenâ necessariò
determinandam.

Libro 3. de gratia Christi cap. 13. ubi
 traditur prima propositio damnata de impos-
 sibili præceptorum observantiâ defectu gratiæ
 sufficientis, propter majorem vim concu-
 piscentiæ; quisquis labitur, etiam justus, non
 fortiter, & perfectè vult servare mandata; sed
 imperfectè solummodo, & remissè, ne-
 que fortius velle, & conari potest, quandiu
 delectatione gratiæ ardenter est concupi-
 scientia, cuius renju fit ut vires voluntatis
 distrahabantur, atque ita homo non plenè, non in-
 tegrè velit, non totâ voluntate velit... Ad
 hanc igitur sanitatem voluntatis offquendam,
 ut quemadmodum subinde necessarium est, for-
 tier, plend, atque integrè velle possumus, re-
 pugnantesque libidinis seu contrarie voluntatis
 motus vincere, gratiam invocamus. Quæ in-
 vocatio etiam juxta Jansenium est ex gratiâ,
 ut & volitio inefficax, & conatus tenuis in
 cadentibus; non enim Jansenius Pelagianus
 est, saltè ubi de statu naturæ lapsæ agitur.
 In omnibus itaque justis voluntibus, & conan-
 tibus agnoscit gratiam non solum habitualem;
 sed etiam actualem aliquam carentem
 effectu, ad quem non sufficit, majore concu-
 piscentiâ impediente. Et tamen juxta Jan-
 senium lib. 3. de gratia Salvatoris cap. 15. vi-
 tio suo cadunt; Si enim noluerint præcepta
 servare, defectus est voluntatis, non potestas-
 tis... binc igitur etiam fit, ut quemadmodum
 ea vitare peccata possunt, itâ quoque non
 committant necessariò, è videlicet necessitate,
 quæ repugnat libertati, culpamque absbergat
 exorbitantis voluntatis.

Quilibet violans præceptum juxta Jan-
 senium potuit illud, & non potuit obser-
 vare, ibid. Constat enim eodem planè modo etiam
 peccata à non habentibus gratiam sufficientem,
 posse vitari, non quidem illâ proximâ potestate,
 quæ dat simul velle, quod possumus, & posse
 quod